acerbus, a, um. *adi.* **Forma** *comp.* acerbior [x61], *sup.* acerbissimus [x111], -issumus [x3]; *ambigitur de orthographia* aceruus Agroec 6. aceruus molis est, acerbus immaturus aut asper. Alcu 4. acerbus per b immaturus aut asper. Beda. aceruus moles est; acerbus inmaturus aut asper. **Etym** acer > *PIt.* *akri-þo / *akro-þo [DVaan]. **DLat** acerbare, acerbe, acerbitas, peracerbus. **DRom** *it.* acerbo, gerbo *'dumeta'*, cerboneca *'lora'*, cervastro *'dumeta'*; *cast.* acerbo, cermeña *'piri genus quod maturando tardat'.* [**Freq** magna **747** [indicia] **63** [/d.c.m.] 254-184 Plaut] *uocabulum per omne antiquitatus aeuum praesens, magis saec.* I *aec., in fine antiquitatis languens; scriptis litterariis omne genus aptum, et prosa et uersu, usibus mediis cultisque, necnon quotidianis; item scriptis technicis ad medicinam, agri culturam historiamque naturalem pertinentibus; in comparationibus abunde usitatur.*

Variatio		indicia	p/d.c.m. subc.
operum	argumentalis	273	81
	dramatica	22	51
	exponendo	125	51
	lyrica	22	100
	narrando	284	56
	satirica	18	94
diachronica	III-II aec.	22	55
	I aec.	302	111
	I-II ec.	229	62
	III-V ec.	191	39
diaphasica	docta	160	77
	media	577	61
	quotidiana	7	12
diastratica	litteraria	609	65
	technica	135	56
modus	prosa	578	58
	uersu	166	93

¶ **a1** *initio ad poma immatura sapore acida uel aspera ueri similiter adhiberetur, quae in maturitate nondum sunt • se aplicó seguramente en un principio al fruto inmaduro, de sabor ácido o áspero, 'que no está en sazón, inmaduro o verde* [**rel** →praecox **dom** fructus] 234-149 Cato 65.1. Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit. 46-43 Publil 441. Nil non acerbum prius quam maturum fuit. 60 Colum 2.47.6. haec tamen poma non matura sed acerbissima legi debent. 395-415 Marcell 14.38. uuae acerbae sucus. 🕮 Serv Aen 6.429. acerbum, incoctum, praecocum; ut de pomis frequentius dicitur. **Gloss** δριμύς 'agrio, picante'. 4.303.13. immaturus. 2.13.32. ἄωρον, ... ἀπέπειρον 'inmaduro', στριφνόν 'amargo, ácido'. 5.260.26. amarus.

a2 *hic usus ut 'immaturus' ad terrae fructus pertinens, quales ante tempus carpantur, dilatatus est et adhibitus ad hominis mortem intellectam ut ante diem suum uel in iuuentute, i. e. ante maturitatem, i. q. praematura; tamen de hoc ambigitur, cum ipsi grammatici dubitent • el uso 'que no está en sazón' referido a los frutos de la tierra, como algo que se recoge antes de tiempo, se extendió y fue aplicado sobre todo a la muerte de una persona entendida como 'antes de su día' o 'en su juventud', es decir, antes de su madurez, 'prematuro'; sin embargo, esto puede ser problemático, ya que los mismos gramáticos dudan* 29-19 Verg Aen 11.28. Pallas, quem non uirtutis egentem abstulit atra dies et funere mersit acerbo. 30 Val Max 6.1.3. ipsam puellam necauit. ita ne turpes eius nuptias celebraret, acerbas exequias duxit. 50 Curt 9.6.19. unicum bonum diuturnam uitam existimantes saepe acerba mors occupat. 🕮 Char 424. ferox. asper. durus. toruus. inmitis. acer. acerbus. inmanis. impius. inhumanus. inclemens. ferus. efferatus. saeuus. siluester. indomitus. Non. acerbum, horrendum, infandum, inmite. Vergilius Aen. lib. IV (XI, 28) et lib. VI (429): et funere mersit acerbo. Serv Aen 6.429. acerbo inmaturo: translatio est a pomis. 3.64. Cato ait, deposita ueste purpurea feminas usas caerulea cum lugerent. ueteres sane caeruleum nigrum accipiebant. 'uittae' autem 'caeruleae' in acerbo funere praecipue filiorum familias adhiberi solebant, sicut hic; nam Polydori funus, utpote adhuc pueri, acerbum est, et quia eius aetatis erat, ut filius familias adhuc esse potuisset. Isid Orig 11.2.32. tria sunt autem genera mortis: acerba, inmatura, naturalis. acerba infantum, inmatura iuuenum, merita, id est naturalis, senum.

b *quia fructus immaturus palato ingratus sit, ad eas perceptiones quae sensibus molestae sunt etiam adhibetur, quales auditu stridentes, inconditae aut ingratae sunt • puesto que el fruto inmaduro es desagradable al paladar, se utiliza también acerbus para aquellas sensaciones que resultan agresivas para los sentidos, entre ellas lo 'estridente, desafinado o desagradable' de algunos sonidos* [**rel** →dissonus] 63-65 Sen Epist 56.5. me sic ad omnia ista duraui ut audire uel pausarium possim uoce acerbissima remigibus modos dantem. 50-60 Calp 3.60. placuit tibi carmen iners et acerbae stridor auenae?

uel morbis modus acutus • el carácter 'agudo' de una enfermedad 201 Ser 380. si mollis iecoris fibras dolor angit acerbus. 390 Garg Mart Cur boum 3.6. Euincendi tamen sunt et exquisitis remediis expellendi acerbissimi morbi.

uel quod intractabile, incommodum, strictum uel instransigens in homine quodam sit • lo 'punzante, intratable, antipático, estricto, enconado o intransigente' del carácter de una persona [**rel** →acidus[f]] 44 Cic Off 2.64. Conueniet autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum. 84-85 Mart Epigr 12.46.1. Difficilis facilis, iucundus acerbus es idem: nec tecum possum uiuere, nec sine te. 🕮 Char 443. indoles animi. inmane. atrox. acerbum. **Gloss** 5.161.29. asper, iram mouens.

adeo ut contrarium eius quod placidus est significet • hasta el extremo de mostrarse como antónimo de placidus 95 Quint Inst 6.3.53. Placidum nomine, quod is acerbus natura esset, «Acidum», et Turium, cum fur esset, «Tollium» dictos inuenio.

denique, effectum significat quod in aliis homo grauis, tediosus uel onerosus inducit, qui usus alterius tenuatio est • y, finalmente, el efecto que produce en los demás la persona que es 'pesada, aburrida o coloquial *cargante', lo cual supone una atenuación del uso anterior* [**rel** →molestus] 20 Hor Epist 474. indoctum doctumque fugat recitator acerbus. 🕮 Char 414. amarus. acerbus. austerus. seuerus. grauis. molestus. **Gloss** 2.241.49. ἀπότομος 'abrupto, escarpado'. 2.258.19. βλοσυρός 'terrible'. 2.449.39. σφοδρός 'violento, vehemente'. 2.458.28. τραχύς 'rudo'. 2.474.44. χαλεπός 'difícil'. 2.407.51. acerbum πικρόν 'penetrante'.

c *ab usu 'acidus quia immaturus est', acerbus statim semantizatus est, ad significandum id quod uix tolerabile est transiens, i. e. amarum; quo sensus in ore ingratus et effectus quem in animum inducit uideri potest, cum ad uitae difficultatem uel dolorem refertur, i. q. crudelis uel pungens est • directamente desde el uso de 'ácido porque está inmaduro', acerbus se vio semantizado inmediatamente, pasando a significar aquello que es difícil de tragar o soportar, lo 'amargo' en el pleno sentido de esta palabra castellana, que puede traducir la latina en la mayoría de ocasiones; en ella está presente siempre la impresión desagradable en la boca de lo que no está en sazón y el efecto que ello produce en el ánimo cuando se relaciona con la dificultad, el dolor o los aspectos negativos del universo personal, lo que es 'cruel, punzante, doloroso'* [**rel** →crudelis **dom** mors, exitium, funus, luctus, exitus; *ad affectus pertinens* animus; *bellum*; *misera uita* uita; iniuria, odium, poena, dolor] 234-149 Cato Orat 9.69. Catonis ... acerbae orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco mouit aut quibus equos ademit. 63 Cic Catil 1.3. ut uiri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. 63-65 Sen Epist 78.11. non est autem acerbum carere eo quod cupere desieris. 330-430 Ps Heges 16.1. ponite ante oculos filiorum uestrorum neces aut ferro aut fame quae sunt acerbiores. 🕮 Char 413. asper. atrox. acer. amarus. ardens. acerbus. 443. carnifex. trux. atrox. asper. acerbus. inmisericors. inmanis. impius. inmitis. inhumanus. inplacabilis. inexorabilis. barbarus. truculentus. **Gloss** 2.482.7. ὠμὸς ἐπὶ ἀνθρώπου 'cruel, inhumano'. 4.303.13. atrox. 4.473.7. malus. 4.7.4. acerbum dolore plenum. 2.13.33. acerbissima δεινοτάτη.